

292  
QUÆSTIONUM JURI-  
DICARUM

De

PRÆSENTIA  
EIKΑΔΑ

PRÆSIDE JEHOVA

*Authoritate Magnifici Senatus Juridici  
Inclytæ Leucoridis*

PRÆSENTE

CHRISTIANO TAUBMANNO,  
J. V. D.

*Publicè ventilandam præsentat*

PHILIPPUS BERGER  
Witeberg. S.

*In Auditorio ICtorum die 23. Ianuarii  
horis antemeridianis.*


D. Chrysoft.

Præsentia amori sunt vellonginquissima.


---

WITTEBERGÆ,  
Ex Officina Typographica Hæredum GORMANNI.

Anno M. DC. XXX.



## Præloquium.



**I**us nostrum Civile, quod

Cellus *artem boni & aequi,*

*in l. i. ff. de I. & I. definit, nullatenus*

concedere voluit, quenquam in

propria causa esse iudicem, *l. 10. ff.*

*de Iurisd.* Proinde aliâ excogitata

viâ, originem iudiciorum, quæ est

antiquissima quæq; ex necessitate inventa, ne propri-

am quis ultionem assumere auderet, invenit. *Arnold.*

*de Reyer disp. i. t. b. 1. in suo process. judic.* Ut ex hac Juris

dispositione, tam vitæ quàm famæ defensio, unicuiq;

constaret luculentissima & sufficientissima. Ut autem

totum Jus ex Personis, quibus datur de rebus ad actio-

nes, constat *l. i. ff. de stat. homin. s. fin. I. de I. N. G. & C. Wes.*

*in parat. ff. de stat. homin. in pr.* Ita & Judicium. A per-

sonis enim tota dependet litis contestatio, ipsiusq; de-

cisio, cum hominum causa omne jus reperiatur cõsti-

tutum *l. 2. ff. de stat. hom.* Sicuti itaq; propter homines

jus nostrum est constitutum, *all. l. 2.* sic & in illos iudiciu

est divisu, ita, ut unus seu alter illud nullatenus for-

mare, multo minus penitus constituere valeat: Sed

principaliter tres personæ, sicut apud *Marc. in l.*

*Neratius 85. ff. de V. S.* ad collegii, ita & iudicii constitu-

tionem requiruntur.

**JUDEX** videlicet

**ACTOR & REUS.** *l. inter litigantes 62. ff. de*

*Iud. c. forus 10. vers. in omni quoq. negocio de V. S. Arnold. de  
Keyer disp. 1. th. 12. lit. A.* atque hæc principales sunt, sine  
quibus iudicium vires habere nequit. Cum autem  
in multis Juris locis una atq; altera exsurgat quæstio,  
*Anne & nonnunquam sine harum persona-  
rum presentia, iudicium valeat;* placuit hac  
vice mihi de **PRÆSENTIA**, quomodo &  
quando hæc tam in **JUDICE**, quam **ACTO-  
RE & REO** sit necessaria, in subsequenti-  
bus quæstionibus (ad exemplum Cl. Praesidis, cui progra-  
du placuit de **ABSENTIA**) pro ingenii tenuitate quic-  
quã tractare, & publicam collationem melioris infor-  
mationis gratia, instituere. Priusquam verò ipsam  
materiam tangam, me extra gyrum salturum haud  
confido, quod quæstionem hanc generalem, ipsam  
rem concernentem, *Quis scilicet Præsens sit &  
dicatur,* primâ fronte præmittam.

### QVÆSTIO I.

Præsens quis sit & dicatur?

Præsentes quod non solum Personæ, sed & res in Jure di-  
cantur, est indubitata disquisitionis thema. *Calvin. in suo Lex:  
Jurid. sub Vocab. Præsens l. 12. c. de Prescript. long. temp. Gadd. ad  
l. 99. ff. d. V. S. n. 4. & s. Wesenbec. in parat. ff. de pactis n. 6. lit. D.*  
Nostra dissertatio saltem de personis concepta est, ut neglectis  
& posthabitis rebus, personæ tantum in hanc nostram confi-  
derationem veniant. Dicitur autem quis Præsens diversimo-  
de & diversis respectibus in Jure nostro: I. Respectu præ-  
scriptionis, X. annorum inter præsentis, XX. inter absentes,  
qui habet domicilium in loco rei, de qua agitur, licet absit  
cum

eum Persona. prin. f. de Usucap. l. 12. C. de prescript. long. temp. Bald. conf. 588. n. 8. vers. proponitur lib. 1. Alex. conf. 220. ponderatis in prin. lib. 6. II. Dicitur præsens, qui est in eadem provincia & territorio. l. fin. C. de prescript. long. temp. Cast. conf. 10. in princ. 207. lib. 1. III. Ratione effectus dicitur Præsens quoq; multis modis: Utpote cum quis per alium, puta Procuratorem, Mandatarium &c agit, §. 1. f. de Oblig. qua ex quasi contr. nascuntur l. 1. §. 12. ff. de Vi & vi armata §. 34. f. de Rer. Divis. Accurs. ad hunc §. Cum de Judiciis agitur, dicitur præsens, qui intra urbis contentia est. l. 199. ff. de V. S. Item qui in hortis l. præsens §. 6. & 7. ff. de procurat. Calvinius in suo Lexico Jur. all. l. Et sic in multis aliis dicitur quis præsens, uti Card. Tuschus pract. concl. conclusione Præsens quis & quando dicatur 600. per tot. declarat. Idem concl. Absens vel Præsens quis dicatur 35. per tot. Verum in hac quæstione nostra, ejusmodi præsentem non requirimus, sed eum, qui tam corpore quam animo effectualiter Præsens est, prout Geddens ad l. 199. ff. de V. S. n. 4. & 5. Seu uti vult Doneil. ad l. si quando pen. C. de testib. n. 20. Eum qui audit & consentit l. coram 209. & l. apud Labeonem 246. ff. de V. S. Et hæc de generali quæstione.

## QVÆSTIO II.

Judex seu Magistratus, cui Jurisdictio & Judicandi potestas concessa num in omni Judiciali actu debeat esse Præsens? Aff.

Generali quæstione prima finita, progressus fit ad secundam, quæ principalem Judiciæ personam concernit; in qua haud incommodè quæritur? *Num in omni Judiciali actu requiratur Judicis præsentia?* Affirmativa tanquam verissima rectè defenditur. Hic siquidem disceptator Juris est l. 1. ff. d. in Jus vocand. cap. forus vers. Judex dictus extra de V. S. litesq; decidere debet l. omnes 12. & 13. §. 1. C. de Jud. ideo & in omni actu debet esse præsens VVesemb. in parat.

parat. ff. de iudiciis n. 10. Et non solum disceptator est, qui litis  
decisionem communicare tenetur partibus, sed quoque

### **Dux & Imperator Iudicii** juxta Berlich. concl. 7. de

Jud. & ejus officio no. 1. Cardin. Tuscus Pract. conclus. Conclus. Iudici-  
cium quot modis sumatur. 478. Vantzius tract. de Nullit. ex defect.  
Jurisdic. in princ. Marant. part. 2. Iudicii rela aggreditur n. 12. & 13.  
Gail. lib. 1. Obs. 42. n. 9. Bald. ad Rubr. C. si à non compet. Jud. Im-  
potissima pars, qui de lite partium cognoscere & judicare de-  
bet l. cū Clericis 25. C. de Iudiciis Arnold. de Reyer / disp. 1. th. 13. lit. A.  
Unde & Iudicis assessores, qui legitimæ & integræ famæ esse  
debent l. 1. C. de assess. Berlich. concl. 8. de Secret. Protonot. &  
Actua. n. 6. Myns. cent. 4. Observ. 31. incip. Eadem ordinatio per tor. Ele-  
ctor Saxon. Johann. G. E. N. G. in der Proceß-Ordnung cap. 2.  
Tit. Von den Gerichts-Secretarien / s. Als versehen wir uns auch /  
1. Ulmiius in suo process. disp. 2. n. 4. causas absente Iudice decidere  
nō possunt l. 2. & 13. C. de assess. Nov. 32. c. 2. Arnold. de Reyer / i. disp. 58.  
& 59. His enim Iudex saltem utitur ad feliciter expediē-  
dam litigantium controversiam, cōsultandi causa, dicitur Rey-  
er disp. 1. th. 56. Et accessorii Personis annumerantur th. 55.  
quorum officium non in Iudicando & sententionando, sed in  
consulendo & instruendo acquiescit l. 1. ff. de Off. ad ass. Berlich.  
concl. 8. de Secret. Protonot. & Actuar. n. 12. Rosbach in Processu Jud. tit. 7.  
n. 2. & 24. Propterea & suo nomine nihil agunt, & sine magi-  
stratibus & Iudicibus de causis iudicandi vel jus dicendi pote-  
statem & jurisdictionem habent nullam. VVesenb. in parat. ff. de  
Off. ad ass. lit. B. Emeric. à Rosbach. in processu Judic. tit. 7. de ad assessor.  
n. 21. per Specul. in §. offic. tit. de assessor. Authentica ad hec. C. d. Judi-  
cibus. Nisi ipsis per statutum, consilium civitatis, universita-  
tem, principem, vel majores Iudices jurisdictio concedatur  
Rosbach dicit. l. per Barr. in l. precipimus §. quod si à Duce  
C. de appell. Ulmiius in suis disp. disp. 2.

th. 2. n. 4.

QUÆ.



### QVÆSTIO III.

Advocatorum errorum noceat litigatoribus  
præsentibus? N. cum distin-  
ctione.

De Advocatorum errore, qui tam Juris quam facti est,  
hæc occurrit quæstio *Si quid advocatus falsim  
causa dixit, aut cum ab adversario dicere-  
tur falsum, admisit, quod causam laeserit,  
num suo clientulo noceat continuo id, quod  
Idoneis Juris remediis emendari & retra-  
ctari possit?* Et non statim obesse *ex l. 1. & 3. C. de errore  
adv. constat.* Potest enim perperam allegatū ab errante advocato  
emendari, tam ante sententiā, quam post. Ante sententiā  
quidem contradicendo intra triduum, ex quo quid perperam  
reperitur allegatum, non longius. Postverò per appellatio-  
nem, *Donell. in comm. Juris Civil. lib. 18. cap. 4.* Si verò intra tridu-  
um non contradicatur, neque à latā sententiā appelletur, ipsi  
clienti nocet. *Boyer. class. 6. disp. 7. th. 32.* Dicta siquidem per Ad-  
vocatū parte sua præsentē & intelligente, censentur per i-  
psū principalem dicta: Quia præsentia partis operatur,  
quod Advocatus præjudicet parti, propter quandam Juris fi-  
ctionem, quæ inducit, ut Advocatus cum suo principali perso-  
na videatur una. *Sichard. ad l. 1. & 3. C. de Error Advocat.*

### QVÆSTIO IV.

Mandatum Procuratoris an probatur si dominus  
Præsens non contradicat? A.

Ad judicia procuratoris mandatum eo ipso inducitur,  
quod quis scit & patitur causam suam agitari ab eo, qui  
mandatum habet nullum *Calder. conf. 206. in fin. vers. immo plus.*  
altd.

*lib. 4. de Procurat. Afflic. decis. 308. n. 6.* Atque sic probantur  
 Procuratoris mandatum, si dominus Præsens non contradi-  
 eat. *l. qui patitur 13. l. 53. ff. mandati. Treutl. vol. 1. disp. 10. tit. 1. lit. C.*  
 Patientia enim habetur pro mandato & consensu, in his, quæ  
 utilia sunt ei qui patitur, ideoq; mandati tenetur *l. 6. §. 2. ff.*  
*mand. l. 6. C. eod.* Et semper qui non prohibet pro se interveni-  
 re, mandare creditur *l. semper 60. ff. de R. J. c. fin. de Jurejur. in 6.*  
 Hancq; tuetur *Alex. and. cons. 80. n. 11. vers. tertio respondeo lib. 4. Ra-*  
*vard. ad l. 60. tom. 1. ff. de R. J. V. V. senb. in parat. ff. de procurat. n. 6.*  
*lit. D.* Tacitum enim mandatum ex scientia & taciturnitate  
 resultat. *Vantz. in tract. de Null. tit. Quib. mod. senten. null. def.*  
*poss.* Nec obstat, quod sit falsus procurator, qui in Judicialibus  
 agit præsentem domino; Nam eo ipso censetur ipsi dari manda-  
 tum. *Alex. cons. 157. n. 11. vers. benefacit lib. 2. Rotam. dec. 39. Tira-*  
*quell. in leg. connub. gloss. 7. n. 37. Cardinal. Tusch. Pract. concl. concl.*  
*Mandatum ex quibus tacite inducatur 31. n. 1. 9. & 10. & per tot.*  
*VVurms. §. Obs. 18. Dissentit Hunn. ad Treutl. disp. 9. concl. § 4. pag.*  
*187. n. 8.*

## QVÆSTIO V.

Actoris Procurator, si apud acta Præsentem Adver-  
 sario sit cautio de rato, an cavere  
 debeat?

Extra omnem dubitationis formam esse, quod regulari-  
 ter is, qui proprio experitur nomine in judicio, præsumatur  
 habere legitimam personam standi in eo, usque adeo, ut ad-  
 versus prætendens probare teneatur; constat ex *l. nec non 28. §.*  
*quod ejus 2. ff. ex quibus causis majores l. 12. §. 2. ff. de Judiciis l. 1. §. 1.*  
*ff. de testib. c. 1. de procurat. in 6. Host. in c. quod sicut ext. de Elect.*  
*Specul. in tit. de Actor. n. 1. Bald. in rubr. n. 2. C. de his qui accusare pos-*  
*sunt. Vantzins de Nullit. rubr. ex inhab. seu defect. mand. n. 4. Schra-*  
*derus de feudis part. 10. sect. 18. n. 141.* **An autem Procura-**  
**rator alieno nomine, ex tali presumptione**  
**possit**

*possit agere quaritur?* Recte negatur per l. 65. & 46. in  
prin. & §. 2. ff. de Procur. §. 1. & 3. f. de Satisfat. Vult. ad prin. Inst. de  
Satisfat. & §. 1. n. 3. Borcholtz hic n. 6. Quia nemo defensor in alie-  
na re sine satisfatione idoneus esse creditur Ritterth. ad prin. f.  
de Satisfat. multo minus præsumitur, dicentem procuratorem  
constitutum esse, Bald. l. qui absentem 75. n. 3. & 4. & seq. ff. de pro-  
cur. Sebast. Vantz. de Nullitat. rubr. ex inhab. seu defect. mand. com-  
par. n. 59. usq. ad 71. Proinde id, quod prætendit, probare tene-  
tur, aut sine probatione mandati non admittitur. *Id in l. i. C.  
de Procur. Borch. ad tit. f. de Satisfat. n. 6. Zanger de Except. part. 2.  
cap. 21. n. 50. & seqq. Marant part. 6. de Satisfat. n. 15. Nisi sit con-  
iuncta persona, cui & sine mandato, adhibita tamen cautione  
rati alieno nomine experiri in iudicio conceditur l. sed & he  
35. l. non solum 39. §. si de dote. l. Pomponius 40. §. in his fin. ff. de Pro-  
curat. l. marito. C. eod. l. 2. §. hoc etiam §. C. de Iurejur. propter calumn.  
dando, Marant. & Zanger dict. loc. Rosbach in suo processu Juris Ci-  
vil. tit. 13. n. 1. Siehard. ad l. i. C. de Procur. n. 5. Chil. Königf. in suo pro-  
cess. de Procur. tit. Wann vnd wie der Procurator gefazt wird vers.  
vnd so er wolle einen Verstandt machen / & c. Arnold. de Meyer  
disp. 4. th. 42. lit. B. Bocer. class. 6. disp. 17. th. 32. Donell. lib. 18. Comm. Ju-  
ris Civil. cap. 12. n. 79. In amicis enim ex patientia & taciturni-  
tate consensus arguitur Crayett. de antiquitat. temp. part. 1. n. 58.  
fol. (mibi) 174. Elector. Sax. Joh. G. E. N. G. in der Process  
vnd GerichtsOrdnung cap. 7. Von den Anwalden vnd Wol-  
machten/vers. Wir lassen aber gleichwol geschehen & c. Aliter  
observatur in Camera Imperiali, ibi si caveant procuratores  
de rato, admittuntur in preparatoriis usque ad litis contesta-  
tionem, Exclusivè; qui si postea non legitime, exhibendo  
mandatum cum ratificatione prius actorum, tenentur expen-  
sas litis de suo solvere. Quod si procedant ulterius absque  
mandato, nec ante conclusionem producant ratificationem,  
& mandatum domini ad totam causam; tunc non solum ex-  
pensas litis, sed etiam omne interesse, tam parti adversæ,  
quam ipsi Judici ex suo refundere obnoxii sunt. Cammer-  
BerichtsOrdnung part. 1. tit. 21. Bocer. class. 6. disp. 17. th. 29. **Jure***

**B**

**Saxo**

*Saxonico procurator & advocatus qui sine mandato prodit in Judicium, prima vice Quinq; Imperiales, secunda decem, & sic deinceps loco pœna de suo offerre jubetur.*  
*Johan. G. E. D. K. G. Elect. Sax. in Process vnd GerichtsOrdnung. all. l.*

Cum igitur satisfactio, qui nomine proprio non exercet actionem, exigatur, nostræ disputationi hæc questio inferenda venit. *An procurator Actoris cavere debeat de Rato, si actis cautio insinuatæ reperiatur presente adversario?* Quod negandum putamus per §. 3. l. de Satisf. l. si procuratorem 65. ff. de procurat. l. 1. c. eod. l. 21. ff. rem ratam haberi. l. 1. c. de Satisf. Sufficit n. si mandatum, quod à principali actore procurator habet, actis insinuatū sit, vel præsens ipse actor, seu dominus litis eum constituerit apud acta. Vult. ad §. 1. l. de satisf. n. 9. & seqq. Rittersh. ad prim. l. hic. Zanger de Except. part. 2. c. 21. n. 50. & seqq. Harpr. dec. 6. th. 5. lit. B. Schneidevv. ad prim. l. de Satisf. n. 10. Bocer class. 6. disp. 17. th. 31. tunc enim de mandato ipsius constat, ita ut cautionem rati adhibere non teneatur Arnold. de Reyer disp. 4. th. 42. lit. A. Chilian Rünigk in suo process. de Procur. Wann vnd wie der Procurator gesetzt wird / vers. Vnd wo der Procurator auff des Klägers seiten wil zugelassen werden / so ist von nöthen / daß er sein Mandat vnd Befehl vorlege / vnd solches mit bezeugen vnd Instrumenten beweiße / oder da es sonst bey die acta registrirt sey / so bedarff es in diesen Fall / weil daraus der Wille des constituenten vermerckt wird / keinen Vorstande oder caution de rato machen noch thun. Vide Donell. lib. 18. comm. de Jure Civil. cap. 12. n. 70. Treutl. disp. 5. th. 3. lit. D. Baob. ad Treutl. in all. th. & disp. Vult. lib. 2. Jurispr. Rom. n. 23. Scharf. ad l. 2. c. de Procurat. Elect. Saxon. in der Process vnd GerichtsOrdnung all. l. Berlich. concl. pract.

pract. 20. von Vorstande n. 3. & Dd. in l. 1. c. de procur. communi-  
ter.

## QUÆSTIO VI.

Præfens si quis est in Judicio, contra quem petit  
actor jus fieri, an ad responſionem debeat ci-  
tari, vel ſufficiat iplius præ-  
ſentia?

Magnus in Jure Civili de hac quæſtione eſt confi-  
ctus inter Dd. ita ut laborum ſtimulis haud ſane paucis animus  
iſtius excutiatur, qui veram & genuinam ſententiam haurire  
necitur. Siquidem non pauci numero Dd. ſunt quibus arri-  
det opinio affirmantium, multo minus pauciſſimi deprehen-  
duntur, defendentes negantium. Quidam denique adhibitis  
diſtinctionibus utriusque partis diſſenſionem dirimere ſenti-  
unt. Pro parte negantium acriter pugnat Sichardus ex men-  
te aliorum in l. prolatam 4. c. de Sent. & Inter. n. 8. propter effe-  
ctum comparationis, qui eſt ut compareat, atque cum ultro  
partes adſint in judicio, citatione opus non eſſe. Conſentit  
cum eo Roſbach in ſuo proc. jud. de Citat. tit. 25. n. 8. Si de cauſa  
eſt inſtructus, ſi non poteſt declinare mandatum de improv. ſo-  
factum, & petere tempus deliberandi. Lanfr. in praxi tit. de ci-  
tat. n. 2. Vult. in Jurispr. Rom. lib. 2. cap. 28. n. 19. Quia præſentia  
partis omnem citationis defectum purgat. Vantz. de Null. pag.  
(mibi) 691. n. 15. & 16. Anch. in quæſt. aureis lib. 2. quæſt. 29. n. 11. Si  
ſponte pars abſque citatione comparuit. Bald. & Alex. per gloſſ.  
in l. 1. ff. de feriis. tunc enim ſpontanea comparitio purgat  
& tollit omnem citationis defectum Vantz. allegat. loc. So-  
lennitas vero relaxari & per ſuum æquipollens adimpleri  
poteſt. Caſſ. dec. 2. tit. de Jud. Arnold. de Rener. diſp. 2. th. 11.  
lit. B. Gail. lib. 1. Obſ. 48. n. 4. per Alex. & Felin. Mynſ. cent. 6. Obſ. 6. n. 8.  
Tuetur & hanc ſententiam Riminald. in l. 1. col. 4. n. 3. ff. de arbitr.  
Qui ſufficere exiſtimat, ſi præſenti in judicio libellus offeratur,  
& tunc citari non debeat, prout declarat Bart. in tract. de  
cit. col. 1. verſ. pone. Item Gothofrèd. in praxi Juris Civilis lib. 2. tit. 4.

n 428. Modo detur presenti terminus deliberandi, infra quem poterit advocatum querere, & interim Jurium suorum remedia preparare *Chilian König in suo process cap 4 de citat vers Zum Nchten*. Aber es heist Bartolus dafür / das es nicht von nöten sey / das der Gegenwertige geladen werde / &c. *Zobell cui similiter hæc sententia arridet diff. Juris Civil & Saxon. part. 1. diff. 5. existimat, præsentem ante actum certiorari debere per judicem de eo, super quo volebat interloqui; alias actus non valeret. per Bart. in l. furioso 9. ff. de re judic. & l. nec quicquam 8. ubi decretum col. 6. ff. de Off. procons. Anton. Capit. decis. Neapol. 34. n. 8. Quam tamen certiorationem negat Alex. and. Angel. & Imol. in l. de unoquoq; ff. de re jud. Item Jason ad Rubr. C. de in jus vocand. Hancq; communem esse, Dd. indistincte confirmant per l. 29. S. ult. ff. de minor. & l. 47. ff. de Re Judic. teste Zas Jason & Bart. in tract. de citat. col. 1. vers. pone quod quis præsens.* **Et sic in**

**Camera Imperiali sapius observatum.** *Gail. i.*

*Obs. 48. n. 4. Quod quoque Colerum movit cons. 44. n. 11. affirmare, præsentem etiam casu fortuito adstantem citandum non esse. Et post eum Alex. in d. l. de unoquoq; 47. Bald. in l. si accusatoribus 4. col. 2. C. de Accus & l. 1. ff. de in jus vocand. Vide Marant. part. 6. de cit. n. 12. & part. 4. dist. 16. n. 15. Quanquam igitur communis Dd. opinio in negativa sententia acquiescat; tamen huic calculum addere nequeo, sed potius me in affirmativam, tanquam veriore transfero. Siquidem citatio est universi judicii principium & fundamentum, ut omisso eo, totus processus ipso Jure nullus sit c. quoniam contra 11. de probat § fin. f. de pena temere litigant. Marant. part. 6. de citat. n. 1. Richard. ad l. 4. C. de Sentent. & Interlocut. fol. (mibi) 1041 n. 7. in fine. Elector Saxon. Johann G E D R G in seinen Process vnd Gerichts Ordnung cap. 4. pag. 9. Zanger de Except. part. 1. cap. 2. n. 5. 6. 7. & 9. Chilian. König in suo process cap. 1. vers. Wenn nun der Kläger & cap. 2. von Ladung vers. 2. Derhalben die Ladung vnd Citation als ein Fundament vnd Grundfest der Gerichts Ordnung vnd Process geachtet wird / & vers. Daraus denn gewiß, folget 3. Fachin,*

chin. lib. 11. *controv. cap. 81.* Et non solum processus fundamentum, sed & species defensionis, quæ de Jure Naturali inventa est Panorm. in *cap. cum olim de re jud. Marant. part. 6. de citat. n. 3.* Vult. *Juri. prud. Roman. lib. 2. cap. 28. fol. (mibi) 591. Rosbach. in suo processu tit. de Citat. 25. n. 41.* Repræsentat quoque formam quæ ad unguem servanda est, si in statuto vel lege in aliquo casu requiratur, Bald. *Alexand. & Jason. in l. i. ff. de lib. & posth. Socin. cons. 24. n. 21. lib. 1. nec ei quicquam addi vel detrahi potest Bald. in l. fin. C. de suis & legit. Schrader. de feudis part. 9. cap. 7. n. 49.* Non obstante, quod contrarium sentiat Jacob Butrigger *auth. si omnes C. si minor ab heredit. se absteat.* Facit ad confirmandam affirmativam, quod citationi causa inferenda veniat, quæ citatum informet, ut instructus judicium adeat, secumq; cognoscat, num cedere vel litigare autumet *l. i. ff. de edend. Bocer. class. 6. disp. 13. th. 5. lit. D. Ummius in suo processu. disp. 5. th. 8. n. 41.* Ut autem citatus eo meliorem causæ cognitionem habere possit, certum tempus citato præfixum reperitur, intra quod deliberare ipsi conceditur, an cedere vel contendere velit *Donell. 23. Comm. de Jure Civit. cap. 2. n. 10. Ummius & Bocer. d. l. Nov. 53. cap. 3. in prin. & ver. 1.* Et hanc defendit *Vtesenb. in parat. ff. de in Jus vocand. n. 13. per auth. si omnes C. si minor ab heredit. se abst.* Quia communis praxis ita observat *Bart. Jason & Dd. hic: Et jus Saxon. illam tentt laudrecht lib. 2. art. 38. & 2. vers. Man sol ihn bescheiden zu dem nechsten Bedinge / ob er spricht / Herr Richter / Wier ist hierumb nicht herbeschieden Zobell. in diff. Juris Civil. & Saxon. part. 1. diff. 6. fol. 69.* Distinguit *Gothofredus in praxi Jur. Civil. per l. 29. §. fin. ff. de Minor. lib. 2. tit. 4. fol. 426. lit. C. & D.* inter causam, in qua responsione opus est, & in qua non. Si causa est necessaria, & citationem hanc esse; si non, neque citatio necessaria est. *Schrader. part. 9. cap. 7. n. 49.* distinguit inter Citationem, quæ pro forma sumitur, & non. Quæ pro forma, in illa requiritur citatio, quia forma in aliquo actu requisita, ad unguem servanda est. *Bachovius in Treutl. disp. 4. th. 5. lit. D.* distinguendum esse docet cum multis, inter causam totam & actum singularem: Item inter responsionem susceptam & statim præ-

standam. Bartol. post Dd. Veteres in l. 1. ff. de in jus vocand. inter  
Voluntatem & Dissensum. Praesens si litigare paratus sit, tunc  
non debere eum citari: secus si litigare recuset, tunc enim pot-  
est obijcere, quod non sit citatus, atque sic propositam a-  
ctionem contra se suscipere non tenetur. Quæ & Fulgofii & a-  
liorum est, in l. 1. ff. de in jus vocand. teste Treutl. disp. 4. th. 6. lit. A. &  
à Bacchov. ad Treutl. disp. 4. th. 3. lit. D. & E. eleganter explicata:  
Siquidem cõparere reus necesse habet, sed non actionem sus-  
cipere & respondere, nisi velit, quia dilatio à legibus conces-  
sa ei auferri non potest; atque sic comparitionis nullus plane  
est effectus futurus, cum arbitrio rei collocatur respondere  
vel non. Videatur post all. Dd. Colerus conf. 44. n. 11. 12. & 65. Cra-  
vetta part. 1. conf. 4. n. 25. Ruding. 2. Obs. 59. n. 5. cap. 2. Decius conf.  
449. col. 2. & conf. 618. col. 2. Cubach. brocard. pag. 214. Card.  
Tusch. Pract. concl. conclusio. presentia ad unum finem an præjudi-  
cet ad alium finem 604. & Marant. alleg. loc. de cit. **An vero  
praesens in una causa, ad aliam, ad quam ci-  
tatus non est, respondere debeat; est quod  
subsequenter quaritur?** Affirmat Gail. pract. Obs. v.  
lib. 1. cap. 51. n. 7. Alexand. in l. de unoquoque n. 2. cum seqq. Jafon. in  
l. 1. n. 9. & 12. ff. de in jus vocand. Felin. cap. 1. n. 18. cum seqq. de Jud.  
Bacchov. in Treutl. vol. 1. disp. 4. th. 3. lit. D. Arnoldus de Reyer in  
process. jud. disp. 2. th. 20. lit. D. VVurmserus 1. pract. Observ. tit. 9.  
Obs. 4. Chil. Rõnnig de citatio. cap. 4. §. fin. Harpr. dec. 3. concl. 6.  
n. 5. Atque hanc Gailius cum reliquis Dd. communem dicit.  
Negativam, quæ verior est, defendit Mars. in l. de unoquoq. ff. de re  
jud. Quia habet reus exceptionem nullitatis relicta citatione;  
Marant. part. 6. de citat. n. 13. Gothofred. in sua praxi Juris Civil. lib.  
2. tit. 4. n. 90. fol. (mibi) 479. Iustum enim impedimentum alle-  
gat, qui alias se responsurum dicit. Riminald in l. 1. n. 6. ff. de in jus  
vocand. Mynsinger cent. 6. Obs. 6. n. 9. Zasius in l. 47. ff. de re jud. abs-  
que prævia etenim citatione non tenetur quis litem suscipere  
juxta Bart. Hæcqu; in præjudicii Cameræ observata est, sicque  
judicatum in causa Detloffens Bremers contra Archiepiscopum



pum Bremensem 2. Martii. An. 58. Et in causa Wringers contra  
Ulrichen von Glehnigen 13. decemb. 1540. Rutger. Ruland. in  
addit. ad Process. Joann. Ferrar. Montan. part. 2. lib. 1. cap. 2. vers. in  
verbis proposita, Berlichius conclus. 10. de citat. n. 17. Facit pro stabi-  
lienda negativa l. contra pupillum S. is qui ff. de re jud. l. 5. in prin. ff.  
quod vi aut clam. Treul. disp. 4. de in jus vocand. th. 3. lit. D. Baldus  
conf. 149. proponitur quod quadam 3. Marant. d. l. per Andream de  
Hern. Hackelmannus disp. 4. th. 19. Lanfr. per c. quoniam 10. de probat.  
tit. de cit. n. 2. Besold. quest. illustrium pag. 4. Cardinal. Tuschus pract.  
conclus. concl. presentia in iudicio ad unum finem 604. in pr. & n. 26.  
usq. ad finem. Quæ & Juri Saxonico consentanea. Landrecht art.  
2. part. 2. Herr Richter Mier ist hierumb nicht herbeshieden/ etc.

### QVÆSTIO VII.

Præsens actui judiciario, utrum præsumitur ad  
illum actum expediendum venisse, & cita-  
tum esse. A.

Cardo hujus questionis facilimè ex hoc casu desumi  
potest. *Titio est quadam actio cum Sempro-  
nio, antequam vero lis inchoata, ipsiusque  
contestatio facta, Titius in iudicium venit,  
eo tempore, quo Sempronius litem suam con-  
tra Titium facere intendit: Questionis est,  
cum Titius in actu judiciario reperiatur  
præsens, num sit sumenda Juris præsumptio,  
ipsum ad illum actum expediendum venisse,  
& citatum esse?* Affirmativa defenditur. Quia in o-  
mni actu, in quo pro validitate actus presentia est necessaria,  
pro validitate ipsius etiam est præsumptio, *Oldrad. conf. 217. per*

802

101. Est enim præsumptio Juris, quæ actorem ab onere probandi relevat *Wesemb. in paratit. ff. de probat. n. 14 lit. B.* Et cum præsens in judicio ad alium actum non venit, præsumitur ad illum expediendum venisse *Anchar. in quest. aureis quest. 29. lib. 2. n. 11.* Itaque lex præsentiam partis ponderat, quando adversarius reperitur præsens in judicio *Marant. part. 6 de citat. n. 12. Alex. and. in d. l. de unoquoq. ff. de re jud. col. 1. Bald. in l. si accusatoribus 4. col. 2. C. de in jus vocand. in fine.* Neque adversatur huic sententiæ, quod præsentia non præsumatur, quia facti est, sed probari debeat ab asserente *Alex. cons. 92. in fine lib. 5.* hic enim subintelligitur quando præsumptio cessat, uti annotavit *Put. decif. 385. n. 3. lib. 2.* Præterea quoque actus voluntarius est, qui à tali præsentem expeditur. In actibus autem voluntariis, quando actus ipse ex necessitate concludit, præsumitur præsentem ad illum actum expediendum venisse. *Menoch. de præsumpt. lib. 1. cap. 20. n. 1. Bald. in l. Titium & Mævium §. altero ff. de administr. tutor. Cardin. Tuschrs præf. concl. Præsentia quando præsumatur in actu qui geritur vel non concl. 607.*

### QVÆSTIO VIII.

Dilatio, quæ à Judice uni parti, præsentem & non contradicente altera, tribuitur, num valeat A.

*Dilationem*, quæ neque actori neque reo denegari potest de Jure *l. Oratio ff. de feriis*, cum sit de Substantia Judicii quoad partem, ut ea denegata, processus vitietur, & in nihilum redigatur. *Rosbach in suo proc. tit. 37. n. 11. de Dilat. Chilian Rönningk de dilat. cap. 19.* *Si judex concedat præsentem adversario, nec contradicente, quæ concedenda non erat, valet.* *Auth. jubemus C. de judiciis No. 115. cap. 2.* quamvis regulariter non nisi semel dari debeat *l. Oratio ff. de feriis & dilat. l. 1. C. de dilat. partium enim conventio-*

ventionem prorogari potest. *c. pastor alius 27. §. cum autem fin. de Off. del. Vvesenb. in parat. ff. de feriis. & dilat. n. 11. & de utriusque voluntate concessa videtur, cum pars adversa dilationi non contradicat Bald. in l. fin. ff. de feriis. Gail. 1. Obs. 91. Myns. cent. 1. Obs. 71. Bocer. class. 6. disp. 15. th. 24. Specul. de dilat. §. 2. n. 6. Rosbach de dilat. n. 18. Marant. part. 6. de dilat. n. 12. & 13.* Quando verò altera pars contradicit dilationi, ipso jure non valet, & probationes intra eam receptæ nullæ sunt *Bart. in l. si quis 1. C. de relat. post Alex. in l. fin. ff. de feriis. Chilian Rönig de dilat. cap. 19. vers. Denn ob wol diese fristung des Bedenkens de substantia judicii ist/ dennoch mag die aus Ursachen geendert/ versaget/ vnd auch von den Parten / schweigende oder öffentlich abgesaget vnd renunciret werden / Ummius disp. 7. th. 4. n. 14. contrarium sentit, quod scilicet solus adversarii consensus legitimam causam non constituat, ut propterea dilatio danda sit.*

### QVÆSTIO IX.

Juramentum calumniæ, an utraque parte præ-  
sente præstare debeant litigan-  
tes? A.

Juramentum calumniæ, Germanice *der Eyd für Ge-  
ferde/* quod ex conventionem proficiscitur *l. qui jurasse 26. §. fin. ff. de jurejur. lite contestata tam actor, quam reus pro Juris sui opinione & fiducia, non verò calumniæ causa præstare tenetur l. inter coheredes 44. §. qui familie 4. ff. famil. herciscunda. Rosbach in suo process. tit. 50. de Juram. calumm. n. 1. Actor quidem juret, se non calumniandi animo litem movisse, sed existimando bonam causam habere. Reus verò, quod putans se bona uti instantia ad reluctandum pervenerit *l. 2. in pr. C. de jurejur. propr. calum. dando l. jusjurandum 34. §. qui jusjurandum 4. ff. de jurej. §. 1. J. de pen. temer. litigant. Chil. Rönig in suo process. cap. 17. jur. am. calum. præst. in pr. Vvesenb. in Parat. ff. de jurejur. n. 9. lit. E. Arnold de Reyer disp. 5. th. 6. lit. E. Marant. part. 6. de jurej. n. 10.**

C

An

*An autem hoc juramentum utraque parte presentelitigantes debeant prestare, vel sufficiat istius partis presentia qua juramentum deponit, in quaestionem venit? Nos utriusque partis presentiam exigendam esse putamus l. 2. §. 1. C. de jurejur. propter calumn. dand. c. cum causa 6. de juram. calumn. N. 124. cap. 1. per tot. Schneideyv. ad prin. f. de poena tem. litigant. n. 8. Azo ad l. 2. C. de jurejur. propter calum. dando. n. 3. ita tamen, ut per procuratorem effici possit l. 2. §. 1. C. h. t. Si vero pars aliqua litigantium inveniatur absens, Judex certum terminum praefinire debet, intra quem in judicium veniant l. generaliter §. his presentibus C. de rebus credit. Arnold. de Neyer disp. 5. th. 8. lit. B. & C. quod nisi venerint, & hoc jusjurandum praebere recusaverint, per sententiam Judicis actor causam actionis, reus vero condemnationem sustineat, N. 124. cap. 1. in fin. l. 9. C. de reb. Cred. & Jurej. l. manifeste 38. ff. de jurejur. VVesenb. in parat. ff. de jurej. n. 9. lit. D. Schneideyv. all. loc. n. 11. Berlich. concl. 37. Sichard. ad Rubr. C. de jurejur. propter calum. dand. n. 13. Azo. hic n. 13. in fine. Arnold de Neyer d. l. Donell. in comm. Juris Civil. lib. 24. cap. 10. n. 60. & 70. Marant. part. 6. de jurejur. n. 6. Gail. 1. Obs. 36. n. 1.*

## QVÆSTIO X.

*An litis contestatio debeat fieri praesente Judice & partibus. A.*

*Litis contestatio, quæ fundamentum est & principium Judicii teste Sichard. ad Rubr. C. de litis contest. num. 2. Rosbach in process. juris civil. Tit. 47. de litis contest. num. 1. & 2. Ulmmius disp. 12. th. 25. num. 22. Bacho. in Treutl. vol. 1. disp. 12. th. 2. lit. A. quin praesente Judice debeat procedere, vix movet dubium Cuj. 9. Obs. 21. Cum tunc demum lis contestata videtur, cum Judex per narrationem negotii causam audire coeperit l. 1. C. de lit. contest. c. dudum 22. de Elect. & Elect. potest c. unico de litis contest. c. etsi 4. de Jud. l. fin. C. si à non comper. Jud. Arnold. de Neyer disp. 5. th. 1. lit. A. Marant. part. 6. de litis contest. Rosbach. all. loc.*

*Ar*

*An autem partibus presentibus efficiatur li-  
tis contestatio, Dd. in controversiam trahunt?*

Affirmativa rectè defenditur l. i. C. de liti. cont. st. Litis enim  
contestatio habet vim cuiusdam stipulationis, & per eam  
quasi contrahitur: Stipulatio autem non ex intervallo, sed in  
continenti fieri debet Card. Tusch. pract. concl. 390. n. 18. Berlich.  
concl. 26. de liti. contest. n. 24. Et olim liti. contestandi modus e-  
rat, ut coram testibus fieri oporteret, uti ex historia antiquita-  
tis istius cognitio petenda est. Vult ad pr. f. de Act. n. 71. & 72.  
Hinc contestari significat testibus adhibitis quicquam decla-  
rare & profiteri Vultreus d. l. Imò Bart. Bald. & alii Dd. com-  
muniter asseverant, ad formam liti. contestationis pertinere,  
ut ea inter præsentibus fiat. Non enim satis est, aliquid ex alteru-  
tra parte negatum vel narratum esse, sed necesse est, ut id u-  
trumq; testato factum sit d. l. un. C. h. r. Cuj. d. l. Arnol. de Reyer.  
d. disp. & th. lit. B. Gædd. ad l. 36. ff. de V. S. n. 9. Treutl. vol. 1. disp. 12. th. 2.  
lit. B. Bocer. class. 6. disp. 20. th. 30. Myns. cent. 1. Obs. 38. Ummius disp. 12.  
th. 3. n. 12. Mar. part. 6. de liti. contest. n. 4. Harpr. dec. 7. th. 9. lit. C. Ca-  
stren. cons. 402. n. 2. lib. 1. per tot. Alex. cons. 76. in causa & liti.  
in pr. vers. contestatio lib. 7. allegans Abb. in cap. 1. de liti.  
contest. Cardin. Tusch. practic. concl. liti. contestatio in  
causis ordinariis & summaris ex quibus inducatur vel non  
concl. 390. per tot. Contrariam acriter defendit Sichar. ad Rubr.  
C. de liti. contest. n. 4. cui ad stipulatur Bachovius in Treutl. vol. 1. disp.  
2. th. 2. lit. C. distinguens inter Jus Vetus & Novum.

QVÆSTIO XI.

Confessio, an præsentibus & pro tribunali  
sedente fieri debeat: Aff.

Quod confessio, quæ coram non suo iudice, cui de ea re  
judicandi potestas concessa non est, inuicilis & nullius præju-  
dicii habeatur, neque plenam probationem inducat ex multis  
juris textibus videre licet Anch. in quest. aureis. quest. 5. lib. 1. n. 3.  
Confitens enim delictum principaliter coram iudice compe-

C 2

tente

tente condemnari debet. Tusch. pract. concl. Confessio facta in pro-  
cessu nullo & c. concl. 643. n. 1. **An autem talis confes-  
sio, quæ est probationum probatio secundum  
Dd. coram Judice pro tribunali sedente fieri  
debeat, adhuc in lite pendet?** Affirmativa ex c. es-  
si extr. le. Jud. elucescit. Nam ex confessione judiciali, facta  
coram Judice pro tribunali sedente, sequi potest condemnatio  
Alex. Trentacinq. lib. 2. pract. resol. tit. de confess. resol. 2. n. 4. in fine.  
Marant. part. 6. de confess. n. 30. Johan. Andre. in add. Specul. in tit. de  
post. §. 2. & Bart. in l. cum Scimus 22. C. de agr. & cens. lib. 11. Et hæc  
communis est opinio, in causis requirentibus plenam causæ  
cognitionem, quam & hac in parte sequimur. Hinc Notarium non  
posse recipere confessionem, nisi præsentem vel committente  
Judice, alias confessio emissæ non præjudicat. ex decis. 245.  
Conf. Neapol. n. 3. liquet. Siquidem confessio coram Notario  
prolata insufficientis est, quæ ad instantiam partis vel Judicis  
per partem non est acceptata Alexand. conf. 174. in causa & lite n.  
3. vers. querit. Salyc. lib. 6. cum seq. n. 3. Tusch. pract. concl. Confessio fa-  
cta in judicio probat & operatur multa concl. 641. n. 3. Et Alexand.  
Trentacinq. all. l. sentit, nullo pacto plenam inducere probati-  
onem, neque quicquam præjudicare, neque ad condemnan-  
dum sufficientem esse confessionem coram Notario factam.  
& emissam: Observaturq; in Camera, quod ejusmodi con-  
fessio, quæ non in figura Judicii & pro tribunali sedente pro-  
lata, ipso Jure nulla sit. Quæ vero judicialiter promulgata  
reperitur, tantæ est potentia, ut non obstante processu in vali-  
do & inepto, in quo ordo Juris non servatus, & sententia per  
viam nullitatis impugnari possit, vitiosum processum sustine-  
at. c. Pisani extr. de restit. spol. Marant. part. 6. de confess. n. 23. Bart. in  
l. si confessus §. ff. de cust. reor. Alexand. conf. 34. col. 2. vol. 3. Alex. Tren-  
tacing. cit. l. Rosbach. in suo process. tit. 65. n. 23. & 32. S. Vantz. de Nul-  
litate tit. Quibus mod. sent. null. def. poss. n. 126. Cum pro-  
cessus ad sui validitatem confessionem regulariter non  
requi-

requirat. *Innoc. in c. qualiter & quando elect. 2. col. pen. vers. non negamus tamen de accus. Nec nullitas contractus vel instrumenti confessionem vitiat in eo contentam. Paul. de castr. in l. 31. ita stipulatus §. Chryfog. n. 4. ff. de V. O. Ang. in l. 1. C. de praescript. 30. vel 40. n. nor. Ruin. conf. 53. n. 15. vol. 1.* Ex tali enim confessione inducitur notorium. *c. vestra c. fin. de coh. ab. cler. & mulier. in notoriis autem ordo Juris & judiciorum solennitas non requiritur Bald. in l. 1. properandum C. de judiciis. Card. Tuschus Pract. conclus. Confessio facta in processu nullo valet & quando secus concl. 643.*

**Num verò confessio coram arbitro fidem faciat vide** *Marant. part. 6. de confess. n. 31. & Card. Tusch. pr. 17. concl. confessio in judicio facta, concl. 641. n. 51.*

## QVÆSTIO XII.

Confessio Judicialis, quæ sponte, scienter & sine errore coram competente Judice fit, an adversa parte vel ejus nuncio præsentate seu negotiorum gestore, ut plenam faciat probationem fieri debeat. A.

**Confessio**, quæ inter genera probationum, non tantum quod probet, quam quod à probationis onere relevet, referatur. *Marant. part. 6. in rubr. de confess. n. 1. Arnold. de Rexer disp. 7. th. 1. lit. A. Duar. cap. 3. de probat. per tot. neque sententiam operatur. sed ipsam in se continet l. 1. ff. de confess. Chil. Könnig in suo process. de confess. cap. 4. vers. Den der also bekennet etc.* **An**

**adversa parte præsentate, ut hanc ob onere probationi relevet fieri debeat?** Affirmatur per l. 6. §. 3. ff. de confess. l. 47. ff. de re jud. l. 7. C. quomod. & quom. Judex sent. profer. debeat l. un. C. de Confess. l. pacta novissima 12. C. de pact. Nempe enim absenti condemnari solet *alleg. loc. Unde Myns. cent. 4.*

*Obs. 51 per Salic. in l. an 'C. de Confess.* Confessionem judicialem ad obligandum quenquam non aliter præjudicare confidenti autumant, nisi à parte expresse sit acceptata: Siquidem confessio facta parte præsentem vim habet perfectæ probationis. *Castr. conf. 147. n. 3. lib. 2.* Quæ verò coram Judice absente parte facta est, nihil probare potest, cum non in forma judicii, sed coram privato facta censetur *Rom. conf. 257. vers. secundo Marant. part. 6. de confess. n. 24. Ilmmius disp. 13. th. 19. n. 38. Treutl. vol. post. disp. 23. th. 5. lit. B. Gail. lib. 2. Obs. 89. n. 6. Signoroll. conf. 33. n. 4. Alexand. conf. 174. in causa & lite n. 3. vers. querit. Salyc. lib. 6. cum seqq.* Perinde autem est, si pars adversa vel ipsius negotiorum actor sive nuncius, hanc judicialem confessionem accipiat. *Arnold. de Reper. alleg. loc. lit. G. Card. Tusch. Pract. concl. confessio extrajudicialis absente parte &c. concl. 638. n. 5.* Nulla enim obligatio oriri potest sine utriusque partis præsentia, quæ consensum exprimat. Negativam defendit *Cyn. in d. l. un. C. h. t. num. 9.* putans, confessionem coram Judice factam, etiam adversario absente vim judicati habere. Item *Sichard. ad. l. 13. C. de non num. pecun. n. 4. Alexand. Trentacinq. lib. 2. pract. resol. de confessis resol. 2. n. 5. circa fin. qui & plures dissentientes allegat.* Videatur de hac quæstione *Mascard. concl. 349. n. 3. & 4. vol. 1. Cravette. conf. 272. n. 6. Card. Tusch. pract. concl. alleg. loc. & concl. 637.*

**An verò judicialis confessio sine judicis seu adversarii præmissa interrogatione, vel nullis positionibus exhibitis adversa parte præsentem, à probationis onere relevet.** Videatur

*Harpr. dec. 9. concl. 1. n. 3. Mynscent. 4. Obs. 51. Rosbach. in process. civ. tit. 65. n. 21. Hackelm. disp. 6. th. 12. Vult. 2. Jurispr. Rom. cap. 2. n. 39. Anch. in quest. aureis quest. 5.*

*lib. 1.*

QUÆ.



### QVÆSTIO XIII.

Extrajudicialis confessio sine alterius partis præsentia facta, num vires probationis habeat, & per duos testes probata, an plenam faciat probationem?

Quanquam confessio, per l. fin. C. de fidei commiss. l. generaliter §. etsi quidem C. de reb. credit. est optima probatio c. per tuas ext. de probat. Seu prout Jctus loqui visum est, **Probata**

**probatio** Arnold. de Neyer disp. 7. th. 1. lit. D. Marant. part. 6. de confess. Zanger. de Except. part. 3. cap. 8. n. 97. tamen in extrajudicialibus plenam probationem non facit. l. Publica Meria 26. §. fin. ff. depositi Sichard. l. generaliter 13. C. de non num. pecun.

**An autem in extrajudicialibus absentis partis præsentia expectanda sit, quæstionis est?**

Distinguit Marant. d. l. n. 2. Inter confessionem, quæ fit ad **liberandum**, & eam quæ ad **obligandum**. Si facta sit ad liberandum, non requiri partis præsentiam; Si verò ad obligandum partis præsentiam esse necessariam. Atque hanc distinctionem & Sich. ad l. 13. C. de non num. pecun. n. 4. amplectitur. Aliter distinguit Bart. ad l. 13. n. 3. & vulgo Dd. inter **causam confessioni adjectam, vel non.**

Et inter actus qui requirunt duorum consensum, tam actoris quam rei, & inter eos qui pendent tantum, à mera voluntate unius; qui enim actus solum à voluntate unius dependet, ut est aditio hæreditatis & rati habitio, non expectandam esse alterius partis præsentiam, quia & tunc confessio facta valebit & probabit. Sichard. d. l. Bart. & Jason in l. admonendi ff. de jurejur. Verum hisce distinctionibus repugnat Donell. in l. 13. n. 4. C. de non num. pec. putans, quod neque in liberatoria, neque Obligatoria confessione partis requiratur præsentia: & post Donell. Ummius disp. 13. n. 57. quæ tamen opinio mihi magis divinatoria quam textualis videtur. Verior itaque as-

firma

firmativa est, quod scilicet in omnibus actibus requiratur pat-  
tis presentia, quæ defenditur *ex l. certum 6. §. si quis absente 3. ff. de  
confess. l. 47. ff. de re jud.* Dicitur enim confessio, quasi simul fas-  
sio, quæ debet esse recepta secundum *Alex. con. 19. & 20. in causa  
col. 2. in pr.* Facta siquidem hac presente parte plenam facit pro-  
bationem *idem conf. 53. in causa vertente n. 2. vers. ex qua confessione  
lib. 1.* Quæ si inter alios absente parte facta reperitur, neque prodest  
ad obligandum neque ad probandum *Oldrad. conf. 291. n. 3.  
vers. confessio etiam facta & c.* Quia non probat. *Signoroll. conf. 33.  
n. 5. vers. Secundo casu quando extra iudicium & c.* Nec semiplenam  
inducit probationem, etiamsi per duos testes probata. *Alex. d.  
conf. 152. n. 18. & 19. vers. non obstat lib. 5.* Sed saltem indicium,  
quod minus quam semiplena probatio *Conf. 212. n. 22. lib. 6.* Cui  
tamen contradicit *Imol. conf. 123. in fin. n. 8. & 9. Rom. conf. 373. in  
casu proposito n. 6. vers. postremo.* Et communis est opinio quod  
confessio emissa absente altera non probet, juxta *Alex. and. conf.  
212. n. 31. vers. nec obstat lib. 6.* Quia nedum requirit presentiam,  
sed etiam acceptationem *Jason in l. error col. 2. C. de Jur. & fact. ign.  
Abb. Andr. de Butr. Imol. Aym. Cravett. Petrus Duen. Alex. & quam plu-  
rimi alii à Schradero in suo tract. de feud. part. 9. sect. 13. n. 75. & seqq.  
allegati. Cardin. Tusch. Pract. concl. confessio extra judicialis requirit  
presentiam concl. 637. & sequenti. 638. n. 1. 9. 13. 46. 47. 69. 80. & seqq.  
per tot.* Secus est de æquitate Canonica, ex ea enim confessio  
quæ de Jure Civili semiplene, plene probat. *c. si cautio de fide in-  
strum. c. per tuam extr. de probat. c. ex parte extr. de confessi. Alex. conf.  
180. n. 5. lib. 2.* Et hanc esse communem *Mascard. tradit de probat.  
concl. 347. n. 57. lib. 2. Rimin. Junior conf. 23. n. 302. lib. 1. & conf. 207. n.  
23. lib. 2. Idem conf. 480. n. 14. lib. 4. Marant. de confessi. n. 19. in fine. Car-  
din. Tuschus pract. concl. all. l. Card. Paris conf. 120. n. 7. lib. 1. conf. 7. n. 12.  
conf. 57. n. 9. lib. 4. Tiraquell. in tract. de privilegiis pie cause privil. 116.  
Schrader. de feud. all. l.* **An autem confessio per duos  
testes, quæ parte presente facta, ut plenam  
facias**

**faciat probationem, probari debeat, est quod  
adhuc queritur?**

Et statuitur cum *Alex. conf. 147. ponderantur n. 14 lib. 2. Card. Tusch. d. l. n. 19. Marant. part. 6. de confess. n. 2.* quod per duos testes probanda sit, ut plenam probationem inducat; Quia ad minimum per duos testes ut sit probata, necessum est. Et *Mar. d. l. Nov. 90. cap. 2. cum Vvesenb. in parat. de confess. n. 10. lit. D.* vult confessionem factam coram adversario & testibus, vim pacti obtinere, & plenam probationem inducere. *Schrader. de feud. part. 9. sect. 13. n. 75. & seq.* Probatq; hanc sententiam *Petr. Johann. Anchar. in quest. aureis, quest. 42 lib. 3. n. 55. Speculator in tit. de confess. n. 5. Innocent. & But. c. per inquisitionem col. 6. de Elect. & Jason in l. admonendi in repetit. ff. de iurejur. n. 188.* Nam per unum testem facta non plene probat, imò nec semiplene juxta *Alexand. conf. 132. col. pen. ver. c. nò obstat vol. 5. Arnold. de Reyer. disp. 7. th. 2. Trentacinq. lib. 2. pract. resol. de confess. resol. 2. Rosbach. in suo process. Civil. tit. 65. n. 25.*

#### QUÆSTIO XIV.

**Confessio Extrajudicialis, facta coram adversario &  
testibus presentibus, sine adjectione causæ,  
an plenè probet?**

Multa quidem iudicii calor operatur, & ut facta in iudicio firma sint, etiam si facta sine causæ, adjectione, efficit per *Bart. & alios in l. cum falsa in fine C. de Jur. & fact. ignor.* Sed extra iudicium hoc non præstat secundum *Dd.* Hinc apposita incidit **Quæstio, An in extrajudiciali confessione etiam causæ adjectio necessaria sit ad conficiendam plenam probationem?** *Harpr. dec. 9. concl. 5.* confessionem extra iudicium emittam, etiam adversario & testibus presentibus, sine causæ adjectione, plenam probationem non facere ex *l. cum de indebito 25. S. fin. ff. de probat. c. si cautio ext. de fid. instr. l. generaliter 13. C. de non numer. at pec. contendit.* Nam si causa non esset expressa, confessio tanquam indirecta nihil operaretur, nec quicquam probaret. *Sichard. ad. l. generaliter*

ter 13. C. de non num pec. n. 2. Et auth. rogati C. de testib. n. 1. VVeserb. in  
parat. de confess. n. 10. lit. D. Distinguit Marant. par. 6. de confess. n. 6.  
& Sich. ad auth. rogati C. de testib. n. 1. Inter confessionem Oblig-  
gatoriam & Liberatorem, In obligatoria adjectionem cau-  
sa necessariam esse, non in Liberatoria: Nam & hæc sine cau-  
sa facta extra iudicium præjudicat ei, qui liberavit semel. l. ta-  
le pactum 40. ff. de pactis. Ubi enim de obligando quæritur, pro-  
pensioniores sumus ad negandum, si causa nobis sit negationis; si  
verò de liberando, faciliores ad liberationem l. Arrianus ff. de  
Obl. & Act. Trintacing. variar. resol. lib. 2. resol. 1. de confess. n. 1. fol.  
(mibi) 304. Atq; sic maximam differentiam inter dictas con-  
fessionum species esse. Trintacing d. l. recenset. Nam in confessi-  
one ad liberandum, non admittitur probatio in contrarium; sed in  
confessione ad obligandum, cum ex ea inducitur probatio  
contraria etiam si quis sponte fuerit confessus: Et hanc maximè inter Dd.  
communem esse Jason in l. tale pactum ff. de pactis in prim. tuetur, quæ & mihi videtur veris-  
sima. Rejicit hanc distinctionem Donell. ad l. 13. n. 4 C. de non  
num pec. putans, ineptam omnino confessionem esse talem, imò  
nullam, si non exprimat ex qua causa debitum descehdat, quod  
quis vel solum vel contractum confiteatur: Aliis enim non constabit,  
de quo nam debito fuerit concepta confessio. Et post Donell. hanc  
sententiam Ulmuis disp. 13. th. 12. n. 58. defendit. Semiplenam verò  
probationem obligatoria confessio sine adjectione causæ quod  
inducat, libenter largitur Scharf. in l. 3. C. de reb. Cred. & jurejur. n. 20. Anchar. in  
quest. aureis quest. 58. n. 7. per Abb. in c. cum dilectus de success. ab  
intest. Mar. d. l. Gothofred. in praxi Jur. Civil. lib. 2. tit. 4. num. 426  
lit. D. Cardin. Tusch. pract. concl. conclus. 483. Iudicii calor  
multa operatur & concl. 635. confessio fit ad obligationem vel  
probationem & requirit causam n. 14. 15. & seqq. & n. 49. post. Alex. conf. 83. n. 7. vers.  
præterea Bocer. class. 5. disp. 22. th. 5. **An aut em specialis adjectio  
causa necessaria sit?** Vide allegatos Dd. d. l. in primis  
Doell. qui affirmativam tenet.

QUÆ

QVÆSTIO XV.

Testium examinatio, num partibus præsentibus & audientibus, vel saltem illorum juramenti depositio publicè facienda sit?

Variant & in hac quæstione Dd. *num testes*, qui ad veritatem eruendam, & testimonium dandum adhibentur *cap. 1. de test. v. esenb. in parat. ff. de testib. n. 6. in prin. lit. F.*

*Partibus præsentibus & citatis examinari, an saltem juramentum deponere debeant.*

Citatio quod in hoc actu judiciali requiratur, nullam movet disquisitionem. Hæc enim ad utilitatem & commodum partis adversæ comparata est, ad dandum nimirum interrogatoria, opponendas exceptiones contra testium receptionem, & ad videndum eos jurare *Gail 1. Obs. part. 102. n. 2. Marant par. 6. de test. prod. n. 2. Hartm. 2. pract. 18. obs. 6.* Quod si pars non sit citata nec aliter præsens juramento, non valet testium depositio *c. 2. de testib.* Si verò pars citata non comparuerit, tamen testium depositiones fidem faciunt *Arnold. de Reyer disp. 6. th. 13. lit. A.* Et eorum contumacia accusanda venit. Hinc in citatione hæc solet adjici clausula: *Und ihr erscheinet also oder nicht / sol nichts desto weniger mit der Vorstellung vnd Verhörung der Zeugen / wie sichs rechtlicher Ordnung nach gebühret / verfahren vnd gehandelt werden / Gail. cit. 1. Rosbach in suo process. de testibus n. 13. & seq.*

*An autem ad examen testium partes admitti debeant, vel sufficiat ut adhibeantur ad depositionem juramenti, adhuc in controversia est?* Ad juramenti depositionem saltem admitti debere, non verò ad eorum examinationem verius est *l. iuxti-jurandi §. l. nullum 1. l. si quando 19. C. de testib. l. 18. C. de fid. instrum. l. 12. §. 1. C. de R. Cred. l. si quando 19. vers. Sed cum minime C. de testib. Nov. 90. cap. fin. & cap. 2. de testib.* testes enim remotis partibus in

*Secreto* examinandi sunt, l. nullum 14. C. de testib. *Sichard. ad l. 12. n. 1. C. de testib. Arnold. de Reyer. d. LVV. rurs. 1. Obs. 18. Farinacius de testib. quest. 80. n. 93. & quest. 74. n. 42. & seqq. Mar. part. 6. de test. prod. n. 2. Vvesenb. in par. ff. de testib. n. 5. lit. E. Siquidem tota substantia depositionis testium, in juramento acquiescit. *Chillan. König in suo process. c. 26. in prin.* Wenn also die Zeugen fürgestellt/ vnd ihre Ende gethan haben/ oder ihnen die von Parteyen öffentlich nachgelassen seyn/ als denn nimbr der Richter für die geZeugen auff die Artikel vnd Interrogatoria zuverhören/ da müssen die Part abweichen vnd nicht gegenwertig seyn / denn sie in geheim müssen verhört vnd examiniret werden/ *Matth. Vvesenb. in parat. ff. de probat. n. 9. lit. E. Et ff. de testibus n. 4. lit. C. Atq; pro hac opinione stat stylus fori & quotidianæ observantiæ. Distinguit in hac questione Bocer. class. 5. disp. 23. th. 63. dicens, hanc allegatam sententiã veram esse, si partes non renuncient ulteriori testium productioni; Si vero postea alios noluerint producere testes, pro utraq; parte de Justiniano & Canonico Jure examinandos esse. Quæ tamen distinctio mihi magis divinatoria quam textualis videtur, Negativam quod non debeat in secreto fieri examinatio, defendit *Donell. ad l. si quando C. de testib. n. 18.* putans, affirmativam neq; Jure Civili neq; Pontificio, neq; ulla æquitate ratione defendi posse. Lex siquidem non jubet jusiurandũ testium recipi parte præsentem, sed recipi testimonia: testimonia autẽ tunc sunt, cum interrogati testimonium dicunt, quod fit partibus præsentibus & ad id citatis. *Item Ummius disp. 16. th. 62. Et Anch. conf. 277. n. 7. & conf. 439. n. 9.* Quia examen eorum nullum est, sine præsentia partis. *Alex. conf. 166. in causa & lite n. 9. versum fuit delatum juramentum lib. 2.* Et nedum non probant, sed nec indicium faciunt *Socin. conf. 253. col. 2. in pr. lib. 2.* imò nec fumum minimum *Vivius opin. 931. n. 9.* Vide de hac questione post allegatos autores. *Germ. Fulg. Anch. Iohan. de Imola. Bald. Roman. Clar. Corn. Bart. Mascard. Riminald. & alios quamplurimos d. Card. Tuscho pro act. conclus. conclus. testes examinati sine citatione partis non probant & quando secus*  
163. citatos.**

QUA-

QVÆSTIO XVI.

Attestationes, an Judex teneatur communicare partibus presentibus vel ad id citatis? A.

Examinatione testium finita, Judex attestaciones publicare, copiamq; litigatoribus communicare tenetur *c. cum venisset c. in nomine Domini de testib. c. cum I. & A. 22. de Sent. & re jud. Nov. 90. cap. 9. vers. Si enim.* partibus videlicet presentibus & ad id citatis *Arnold. de Reyer disp. 6. th. 13. lit. D. Chit. Röntz in suo process. c. 35. von der Publication vnd eröffnunge des Gezeugniß vercl. Weil grund von der Publication des Gezeugniß gesagt &c.* Alias enim publicatio nulla est, si pars neq; præsens, neq; citata reperitur, imò nec valet nec præiudicat *Anchar. conf. 53 per tot.* Partium enim interest, publicationem attestationum fieri: Ommissa siquidem illa, Jus litigatoris læditur *Guid. dec. 586. cum testes nò publicati nihil probent. Farin. de test. quest. 75 n. 10. Butrigar in l. gesta col. 2. vers. simile in testamento C. de re jud. Iason. in l. 2. n. 20. vers. i. rem adde C. de edendo. Imol. Bald. Felinus & alii post Farinac. d. l. Neq; judex potest se in his fundare, cum semper reprobari possint: Et si iudicet ex testibus non publicatis, contra jus ipsum facit. Zobel. conf. 109. n. 2. & seqq.* Processus enim etiam sine attestacione testium vires habet, quia attestatio ejusmodi non est de ipsius substantia; ea enim ommissa, processum non vitiat. *Marant. part. 4. disp. 9. n. 22. secundum Bart. & Alex. and. in l. prolatam 4. C. de sentent. neq; sententiam impedit Bocer. class. 5. disp. 23. th. 82.* Sed est potius de Justitia, quæ ommissa, ledit jus litigatoris: ordinem autem judicarium minimè pervertit. Litiganti enim imputatur, qui non petit publicationem *Gail. lib. 1. Obs. pract. 105. n. 1. & 2. Mar. d. l. Alex. and. conf. 120. viso processu 7. in fine. vers. aut nos querimus lib. 7. Mynsing. cent. 4. Obs. 52. Zanger. de Except. part. 1. cap. 2. n. 38. Treutl. vol post. disp. 5. th. 9. lit. H. Contrarium defendit Accursus in l. prolatam C. de sent. & interloc. omnium jud. & Rom. conf. 190. num. 2. vers. ultimo qui sententiam nullam esse volunt testibus non publicatis nec transire in rem judicatam propter substantialia iudicii quæ deficiunt. Evolveatur Card. Tuschus Pract. concl. concl. publicatio processus & attestacionum quando est necessaria 295.*

QVÆSTIO XVII.

Error in Instrumento apparens, an possit corrigi à Notario in continenti, autoritate Judicis & partibus præsentibus? A.

De errore in instrumento apparente, hæc infurgit quæstio; *An hic à Notario autoritate judicis & partibus præsentibus corrigi possit?* Bart. in l. Imperator ff. de statu hominum, qui teste Sichard. ad Rubr. C. de fide Instrum. n. 4. hanc quæstionem tractat, asserit, quosdam esse, qui de errore corrigendo distinxerunt. Aut enim *in continenti velex parvo intervallo*, Notarius errorem suum corrigit, & tunc correctio valet; aut post *longũ tempus*, & tunc non valet. *Alex. conf. 70. viso processu. n. 4. ubi i. Rosbach. in suo processu. tit. 8. n. 10. & seqq.* Emendationem in originali concedit, antequam copia data est partibus: in copia verò tradita correctionem non valere, post *Bald. in l. qui accusare, C. de edendo. Cald. conf. 174. alias i. de fide Instrum. vers. & non ipse Notarius Berlich. conc. 8. n. 41.* Quibus contradicit *Anchoran. in quæst. aurei lib. 3. quæst. 8. n. 7.* qui sentit, quod & Notarii error, etiam si copia partibus data sit, jussu Prætoris corrigi possit: Et post illum *Calc. conf. 48. col. pen.* Aliter distinguit *Decius ad l. si librarius 92. ff. de R. J. n. 5. & 8.* Inter ea, quæ spectant ad Notarium & quæ tangunt ipsas partes. Si error ad Notarium spectet, qui forsan est in falsa latinitate, tunc emendatio concessa reperitur per *Bart. in l. actorum verba ff. de re judic.* quia talis emendatio neminem lædit: Si verò erratum sit in pertinentibus ad partes, tunc ex intervallo corrigi non potest, sed in continenti autoritate judicis & partibus præsentibus. Eamq; sententiam defendit *Anget. in Rubr. C. de fide Instrum. col. 6. & in l. cum proponeretur col. 2. vers. ultimo quæro de Legat. 2. Alex. and. conf. 105. lib. 2.* Et alij plurimi. Et hanc sententiã puto verissimam, & optime legibus adæquatam esse. *errore 7. C. de testam. l. si librarius ff. de*



ff. de R. J. arg. l. quotiens 9. ff. de hered. Instit. Videatur Cardin. Tuschus pract. concl. conclusionem. Notarius quando possit corrigere errorem suum vel non 36. Et post eum Harpr. dec. 12. th. 6. n. 1. Philipp.

Matth. ad l. 92. ff. de R. J. Idem Sychard. all. loc. **An autem Notarius una parte presente, & altera absente possit instrumentum conficere, amplius**

**queritur?** Negativam defendimus: Quia Notarius sive tabellio ex suo cerebro & proprio iudicio nihil instrumento inferere potest, sed de omnibus rogatus esse debet. Bald. in l. errore 7. c. de testam. Proinde & instrumentum per Notarium confectum rogatu unius tantum partis non plene probat, cum regulariter presente utraque parte hoc conficere necessum habeat. Quod si quisquam contra alterius partis voluntatem in instrumento scriptum deprehendatur, nullius momenti esse creditur l. cum precibus 18. C. de Probat. nisi negotii qualitas aliud concedit Harpr. dec. 17. concl. 4. th. 4. n. 4.

### QUÆSTIO XVIII.

Litigantium presentia in definitiva sententia;  
an necessaria sit & iudicatum inter absentes valeat?

Ultima pars iudicii, quæ decisoria continet, definitivam quoque suscipit sententiam; quæ, teste Marant. part. 6. de sentent. & quotuplex ea n. r. finem processui imponit. Hæc quæ ab ipso iudice ferenda est, ita, ut & cuncta sententiæ requisita, prout par est, accedant. Cum verò partes, quas tangit ipsa sententia, sint citandæ. Arnold. de Reyer in suo proc. disp. 8. th. 11. lit. A. Gail 1. Obs. 109. n. 1. Sebast. Vantzius in suo tractat. de Nullitatibus rit. quibus mod. n. illit. n. 126. fol. mibi 132. Myscent 3. Obs. 61. Bachov. in Treutl. disp. 4. th. 6. lit. A. vol. 1. queritur hæc loco.

**An partium presentia ad audiendam sententiam definitivam necessaria sit?** Quod cum Marant. Vantz. Gail. & Arnold. de

Reyer

Reyer all. loc. affirmamus. Hæc enim sententia nulla est, quæ partibus absentibus, quas tangit, lata reperitur l. 47. ff. de re jud. l. ult. C. si per vim vel alio modo absent. perturbat. sit possessio l. consentaneum 8. C. quomodo & quando Jud. sentent. proferre debeat lib. 7. s. 3. C. que sentent. sine appellat. rescind. 6. inter quatuor de Majoritate & Obed. Zanger. de Except. pars. 1. cap. 2. num. 41. Ideoque & iudicatum valere nequit, etiam si ab eo non appellatur Arnold. de Reyer disp. 8. th. 11. lit. A. Si verò partes legitime & peremptorie citatæ sint, & contumaciter præsentiam in iudicio facere contempserint, rectè iudex sententiam, etiam contra absentem, ferre pergit l. 1. 2. 8. & auth. C. quomodo & quando Jud. sentent. proferre debeat. Bocer. class. 6. disp. 32 th. 23. & 24. Harpr. dec. 16. concl. 5. Marant. d. l. post Bart. in l. cum non eodem Rosbach. in suo process. de Sentent. n. 19. Sichard. ad l. 1. C. quomodo & quando Judex n. 8. tunc enim contumax quantum ad suum damnum, habetur pro præsentente Bald. in auth. que in provincia C. ubi de crimine agi oportet. Sichard. all. l. Et contumacis absentia Dei præsentia suppletur l. properandum §. si autem reus C. de iudiciis l. 5. ff. de penis Arnold. de Reyer d. l. Duar. 1. disp. anniv. disp. 50. Harpr. dec. 6. concl. 5.

**An autem requiratur specialis citatio etiam si pars sit præsens, in questione residet?**

In hoc casu ulteriorem citationem non requiri, cum Anchoran. in quest. aureis quest. 19. lib. 2. n. 10. & magis communi opinione, statuo. Dec. in rubr. C. de in jus vocand. col. 1. Et novissime Gabr. l. 2. de citat. concl. 1. Non obstante eo, quod specialis citatio ad hunc iudiciarium actum requiratur Gothofred. in sua prax. Juris Civil. lib. 2. tit. 3. fol. 503. lit. D. Cardin. Tusch. pract. conclus. citatio ad sententiam requiritur specifica 269. per tot. Et concl. Sententia est nulla ex defectu citationis 152. Secus est in sententia arbitratoria, in qua neque partis præsentia, neque istius citatio necessaria est Gothofred. in praxi Jur. Civil. lib. 2. tit. 4. lit. D. fol. (mibi) 463. Hunn. disp. 4. th. 5. quest. 20. contra Treutl. p. 276. & 30. Gail. d. l. n. 2. Marant. hic n. 11. Vantz. de Nullitat. Tit. ex defect. citat. n. 56. Myns. cent. 4. Obs. 56. Ulmiius disp. 19. th. 9. n. 37. Donell. in comment. Juris Civil. lib. 28. cap. 3. Chilian. Rönig in suo process. cap. 3. A. Reyer d. l. Gregor. Tholos. in suo syntagmae Juris lib. 48. cap. 2. n. 11. Cardin. Tusch. pract. conclus.

conclus. Sententia lata contra absentem concl. 127. per tot. In Came-  
tra Imperiali neq; ad sententiam interlocutoriam, neque defi-  
nitivam citatio requiritur *Marane par. 6. de sent. & quom. feren-  
da Gail. 1. Obs. 109. n. 3. A. Roper d. l. lit. A. Myns cent. 3. Obs. 71. quia  
partes ad totam causam semel esse citatas sufficit.*

## QVÆSTIO XIX.

Sententia lata partibus præsentibus, & intra de-  
cendum non appellantis, an præsuma-  
tur ritè, legitimè, & præcedentibus  
solennitatibus latam esse? A.

Evenit nonnunquam, quod sententia quædam omis-  
sis solennitatibus à Judice deprehendatur lata, quam læsa pars  
per ordinarium appellationis remedium reformare poterat  
neglecto tamen Juris remedio, lata sententia transit in rem  
Judicatam, Quæritur. *An præsumatur, sententiam  
rite & adhibitis solennitatibus latam esse?*

*Bart. in l. 1. C. de relat. n. 6. in l. 2. ff. de re jud. & l. fin. quando appell.  
fit Bald. cons. 219. citatio lib. 4. Abbas in cons. 92. col. 1. lib. 1. & cons. 60.  
col. fin. lib. 2. tenent quod sic. Præsumptio enim stat pro Judice,  
sententiam adhibitis omnibus solennitatibus latam esse, si læsa  
pars intra decendum non appellet. *Harpr. dec. 16. tb. 8. n. 5. Cra-  
vetta de antiquit. tempor. part. 2. n. 1. & 4.* Et hanc defendit Innocent.  
in c. cum juris peritus de offic. delegat. *Castr. cons. 289.* Nam & sen-  
tentia, quæ transitum fecerunt in rem judicatam etiam con-  
traria circa diversas personas præsumuntur justæ. *Cardin. Jusch.  
pract. concl. sententia definitiva & interlocutoria quando habeat  
presumptionem pro se vel non. 117.**

*An vero Judice uno,  
vel pluribus competentibus, simulq; præsentibus  
sententia pronuntiatio fiat in questio-  
nem quoq; venit* Et ab omnibus judicibus sententiæ  
pronunciationem proferri debere ex l. 37. & 39. ff. de re jud. l. 1. 8.

E

ff. de

ff. de recept. qui arbitri recep. arg. l. 12. ff. de jud. c. fin. de sent. & vè  
 jud. in sex. patet. Hoc enim iudicatum, quod uno iudice absen-  
 te latum, non valet. *Vvesenb. in parat. ff. de jud. n. s. Treutl. vol. 2.  
 disp. 23. th. 2. lit. C.* Et de omnium sententia & iudicio sententia  
 ferenda est, & quidem ab omnibus coram, quoniam omnibus  
 causa cognoscenda & iudicanda commissa est *Marant. part. 6.  
 de sent. n. 56. Ummius disp. 19. th. 6. n. 26. & post eum Cavall. q. 61.* Non  
 autem omnes sententiam tenentur proloqui. *Bachov. in Treutl.  
 disp. 23. th. 2. lit. C. vol. post Harpr. dec. 16. concl. 4. lit. A.* Et non so-  
 lum ferre, sed etiam recitare sententiam iudex de iure compel-  
 litur. l. 2. C. de sent. ex pericul. recitand. *Mar. part. 6. de sent. n. 49. à  
 juredicundo enim dictus est, cap. forus ext. de V. S. Vvesenb. in pa-  
 rat. ff. de re jud. n. s. l. 1. ff. de jurid. Vvesenb. in parat. ff. de jud. n. 10.  
 & quod lites decidere debeat l. omnes & l. properandum s. 1. C.  
 de iudiciis. Arnold. de Xeyer disp. 1. th. 13. lit. A. Bocer. class. 6. disp. 6.  
 th. 10. Duar. cap. de iudiciis 3. Zasius ad l. 62. n. 5. ff. de re jud.* Nisi  
 sit persona illustris, cui licentia conceditur etiam per officii-  
 um suum, & eos, qui ministerium suum accommodant, senten-  
 tias recitare definitivas l. 2. C. de sentent. ex pericul. recitand.  
*Bach. Treutl. & Mara. d. l.* Verum quamvis hoc saltem in illu-  
 stribus personis reperiatur de iure concessum, hodierno tamen  
 tempore non observatur, cum generaliter omnes sententia-  
 rum majorum quam minorum iudicium, per alios, scilicet a-  
 ctorum magistros, legantur. *Mar. d. l. n. 56.*

## QVÆSTIO XX.

& ultima.

An tacens & Praesens habeatur pro consentiente  
 & pro reo sit condemnandus?

Numerum quaestionum claudit, & coronide sua  
 adornat disputationem hanc Quaestio hæc finalis.

*An praesens & tacens habendus sit pro con-  
 sentiente?* Primario hæc distinguendum arbitror, in-  
 ter causam Judicialiter agitatam & extrajudicialiter: De extra  
 judiciali, non est nostri instituti quaestio, hæc enim non ita  
 cuu

eu judicialiter intentata præjudicat. Deinde an quis in ju-  
dicio contumaciter taceat vel non? Quod si ex contumacia  
mera taciturnitatem quis prætendat, merito condemnandus  
venit *l. de erate s. qui tacuit ff. de interrogat. in jure. faciend. c. 2. de  
confess. in 6. Rosbach in suo process. ad tit. 65. de confess. n. 35. Iason Inst.  
quibus mod. jus patrie potest. solvitur. s. præterea, n. 7. ver. & unum nota.*  
Per dolum enim tacet, qui ut alterum decipiat nihil dicit. *La-  
son. d. l.* Itaq; is merito consentire videtur, qui præsens alicui  
actui est & illum per contradictionem impedire potest. *Alex.  
& Imol. vol. 2. conf. 131. n. 5. pag. 91. & vol. 3. conf. 1. n. 11. & vol. 6. conf. 77.  
n. 9. pag. 54. Socin. Reg. 1. taciturnitas quoad alicujus juris diminutio-  
nem. & c. Cardin. Tuschus præct. concl. dolus, fraus & culpa non debet  
patrocinari dolo fraudanti & calpofo. concl. 581.* Denique inter  
causam civilem & Criminalem.

Quod itaque ipsam civilem tangit, hoc est quod postre-  
mo loco quæritur. ***Antacens in civilibus pro reo  
sit condemnandus?*** Et distinguendum esse putat Ba-  
chov. in comment. ad pand. tit. ff. de pactis, de pacto unius ex pluribus reis  
& c. in fine. Inter ea, quæ sunt pro tacente, vel contra tacentem.  
Seu uti *VVitsenbec. in parat. ff. de pactis n. 7. lit. B.* Inter ea, quæ ta-  
centi sunt utilia, & quæ detrimentosa. In commodis tacens  
pro consentiente & acceptante habetur, nunquam in detri-  
mentosis *l. filius familias 8. s. invitus ff. de procurat. Sichard. ad l. 4. C.  
si certum petatur n. 4. & l. quicumq; 4. C. de servis fugit n. 9. in fine. post  
Barr. Bald. & Salyc.* Approbatio enim præjudicialis non fieri vi-  
detur approbatio, nisi verbis expressis vel per aliquem judi-  
cantem consensum facta: In his vero quæ expetibilia sunt, sci-  
ens & tacens censetur consentire. *Iason in l. que dotis n. 97. ff. so-  
lut. matrimon. Cardin. Tusch. præct. concl. presentia quando requirat  
acceptat. 602.* Chilian König in suo processu, de juram. test. cap.  
25. vers. Denn in beschwerlichen Händen ist das Schweigen keine  
Bewilligung, sondern muß mit klaren vnd deutlichen Worten ge-  
schehen. *Gemm. conf. 55. circa finem. vers. nec ista casu.* Ratio hæc,  
quia in his, ubi agitur de lucro quis facile consentit. ubi verò  
de

1776  
de damno, haud difficile dissentit Bald. conf. 299. Per. & Cynus n.  
5. vers. item contractus lib. 1. Nam tacens, qui videt aliquid sibi præ-  
judiciale, nõ censetur cõsentire tacendo Alex. conf. 84. in causa co-  
mitis in fine lib. 7. Vide de hac quæstione differente Cardin. Tusch.  
all. l. & concl. Tacens & patiens in damnosis non consentit & quando  
fecus 3 per tot Schrader. de feud. part. 9. cap. 2. sect. 13. n. 104. Cra-  
verr. de antiq. tempor. part. 1. s. viso de verbis enunciatis n. 29. Ma-  
rant. de dilation. n. 3. Tiraquell. in tract. de ll. connubialibus gloss. 7. n.  
37. & in tract. de utrog. retract. part. 1. s. 4. gloss. 1. n. 34. 35. Capoll. cau-  
tel. 87. incip. est dubium. Menoch. de presump. 6. 22. n. 8. Ferrutus ad  
tit. de pactu pag. 3. n. 20. & pag. 132. n. 17. Beust. de Jurejur. pag. 451. n.  
909. Gylman Symp. tom. 2. part. 2. pag. 17. n. 13. Rudinger cap. 2. Obf.  
19. n. 6. Hunn. part. 2. disp. 1. quest. 61. Tilemann. de benignis in Obf. pag.  
155. n. 1. Myns. in respons. pag. 487. n. 70. Schurff. conf. cent. 2.  
2706. Et hæc sufficiant de dictis  
questionibus.

## COROLLARIUM.

An pro certissimo indicio seu proba-  
tione habendum, Si distillet san-  
guis ex occisi & vulnerati cadave-  
re præsentate de homicidio suspe-  
cto N. cum Arnold. de Reyer disp. 7.  
th. 4.

TANTUM EST.

ULB Halle


3

004 961 196




W177









2792

QUÆSTIONUM JURIS  
DICARUM

De

1630 17

PRÆSENTIA  
EIKΑΔΑ

17

PRÆSIDE JEHOVA

*Au*thoritate Magnifici Senatus Juridici  
*Incl*ytæ Leucoridis

(17)

PRÆSENTE

CHRISTIANO TAUBMANNO,

J. V. D.

*Publicè ventilandam præsentat*

PHILIPPUS BERGER

Witeberg. S.

*In Auditorio ICrorum die 23. Ianuarii  
horis antemeridianis.*

D. Chrysoft.

Præsentia amori sunt vellonginquissima.

WITTEBERGÆ,

Ex Officina Typographica Haredum GORMANNI.

Anno M. DC. XXX.

